

„ spondet eum succedendi ordinem, quem
 „ Sua Majestas Cæsarea ad mentem Majorum Suo-
 „ rum in Serenissima Sua Domo ex pactis ejusdem
 „ antiquis, in forma perpetui, indivisibilis ac inse-
 „ parabilis fideicommissi primogenitura affecti pro
 „ universis Sux Majestatis utriusque sexus Hære-
 „ dibus, & Successoribus declaravit & stabilivit,
 „ quique subinde ab Ordinibus & Statibus univer-
 „ sorum Regnorum, Archiducatum, Ducatum,
 „ Principatum, Provinciarum ac Ditionum, ad Se-
 „ renissimam Domum Austriacam jure hæreditario
 „ spectantium, communi omnium voto susceptus ac
 „ grato submissoque animo agnitus atque in vim
 „ legis sanctionisque pragmaticæ perpetuo valitu-
 „ ræ in publica monumenta relatus fuit. „ At hæc
 ipsa Corona, postquam spe sua matrimoniali exci-
 dit, dum hæc scribimus, inter conditiones Trans-
 actionis cum Imperatore ineundæ retulisse fertur,
 quod Aug. Imperator à Corona Hispaniæ Garantiam
 Sanctionis suæ pragmaticæ poscere non debeat.

(6) In Tractatu Viennensi Cæsareo-Austriaco-Russico
 art. 2. ibi: „ S. totius Russiæ Majestas accedit Tra-
 „ ctatui pacis d. 30. April 1725. inter Sacr. Majest.
 „ C.C. & inter Serenissimū Hispaniarum Regem Phi-
 „ lippum V. Viennæ concluso, ejusque manutenen-
 „ tiam seu garantiam in omnibus ejusdem Articu-
 „ lis, & non secus, eaque obligatione, ac si statim
 „ ab initio hujus tractatus socius ac compaciscens
 „ fuisset, idque intuitu omnium Regnorum & Pro-
 „ vinciarum à S. Majestate Cæsarea & Catholica in
 „ præsens possessorum, pro se suisque Successoribus,
 „ secundum tenorem Art. XII. per hanc pacem ob-
 „ firmatorum, assumit ac præstare pollicetur, ita,
 „ ut si S. C. & C. Majestatem ex ratione dictæ cum
 „ Hispaniarum Rege initæ pacis, & in præjudicium
 „ ejus, vel ex quacunque alia causa a quocunque